

—§ 4. Sed et si servi chirographo subscripterit⁴ dominus, tenetur quod jussu. —§ 5. Quid ergo, si fidejusserit pro servo? Ait Marcellus, non teneri quod jussu: quasi extraneus enim intervenit: neque hoc dicit ideo, quod tenetur ex causa fidejussionis; sed quia aliud est jubere. Denique idem scribit, et si inutiliter fidejusserit, tamen cum non obligari, quasi jusserit: quae sententia verior est. —§ 6. Si ratum⁵ habuerit quis, quod servus eius gesserit, vel filius, quod jussu actio in eos datur. —§ 7. Si pupillus dominus jusserit, utique non⁶ tenetur, nisi tutor auctore jussit. —§ 8. Si jussu fructuari erit cum servo contractum; item ejus, cui bona fide servit: Marcellus putat, quod jussu dandam in eos actionem: quam sententiam et ego probbo. —§ 9. Si curatore adolescentis, vel furioso, vel prodigi jubente, cum servo contractum sit, putat Labeo dandam quod jussu actionem in eos, quorum servus fuerit: idem et⁷ in vero procuratore. Sed si procurator verus non sit, in ipsum potius dandam actionem, idem Labeo ait.

2. PAULUS, lib. 50, ad Edictum.

Si, tutoris jussu, servo pupilli creditum sit, puto, si ex utilitate⁸ pupilli fuerit creditum, in pupillum esse dandam actionem, quod jussit tutor. —§ 1. Si jussu domini ancilla, vel jussu patris filiae creditum sit, danda est in eos quod jussi actio. —§ 2. Si jussu meo cum alieno servo contractum fuerit, eumque postea redemero, quod jussu non tenebor; ne action, quae ab initio inutilis fuerit, eventu confirmetur.

3. ULPIANUS, lib. 2 Responsorum.

Dominum, qui jussit semissibus usuris servo suo pecuniam matuam credi, hactenus teneri, quatenus jussit: nec pignoris obligationem locum habere in his pradiis, quae servus non ex voluntate domini obligavit.

4. Idem, lib. 10, ad Edictum.

Si jussu ejus, qui administrationi rerum civitatis praepositus est, cum servo civitatis negotium contractum sit, Pomponius scribit, quod jussu cum eo agi posse.

5. PAULUS, lib. 4, ad Plautium.

Si dominus vel pater pecuniam mutuam accepturus, jusserit servo filioe numerari, nulla questio est, quin ipsi condici possit: immo hoc casu de jussu actio non competit. —§ 1. Si unus ex servis dominis jussit contrahi cum eo, is⁹ solus tenebitur: sed si duo jussuerint, cum quovis in solidum agi potest: quia similes sunt duobus mandantibus.

LIBER SEXTUSDECIMUS.

TIT. I.

AD SENATUSCONSULTUM¹ VELLEIANUM.

1. PAULUS, lib. 50, ad Edictum.

Velleiano senatusconsulto plenissime comprehensum est, *Ne pro ulla foeminae intercederent*. —§ 1. Nam sicut moribus civilia² officia adempta sunt foeminae, et plerique ipso iure non valent, ita multo magis ademptione eis fuit id officium, in quo non sola opera nudum ministerium earum versaretur: sed etiam periculum rei familiaris. —§ 2. Equecum autem visum est, ita mulieri succurrerit, ut in veterem debitorum, aut in eum, qui pro se constituisse mulierem ream, actio daretur: magis enim ille, quam creditor, mulierem decepit.

2. ULPIANUS, lib. 29, ad Edictum.

Et primo quidem temporibus divi Augusti, mox deinde Claudi, editis eorum erat interdictum, *Ne foeminae pro viris suis intercederent*. —§ 1. Postea factum est senatusconsultum, quo plenissime foeminas omnibus subvenient est, cuius senatusconsulti verba haec sunt, *Quod Marcus Silanus, et Velleius Tutor, consules, verba fecerunt de obligationibus foeminarum, quae pro aliis ree fierent, quid de ea re fieri oportet, de ea re ita consuluerunt: quod ad fidejussiones et mutui*

⁵ L. 5, C. d. t.; L. 8, § 15, infr. quibus modis pignus vel hypotheca solvitur. —⁶ L. 5, § 2, supr. de in rem vers.; L. ult. C. quod cum eo, qui in alieni potestate. —⁷ Vide tamen L. 5, § 2, in fin. infr. quib. ex caus. in possess. —⁸ L. 5, in fin. supr. de inst. act. —⁹ L. 10, in fin. supr. tit. prox. —¹⁰ L. 13, supr. tit. prox.

Tit. I. — 1. Lib. 4, C. 19. — 2. L. 2, in pr. infr. de reg. iur. — 3. d. L. 2, in pr. — 4. L.

actiones pro aliis, quibus intercesserint foeminae, pertinet, iametsi ante videur ita jus dicum esse, ne eo nomine ab his petitio neve in eas actione deitur, cum eas virilibus officiis fungi, et ejus generis obligatioibus obstringi non sit aequum, arbitrii senatum, recte atque ordinato, ad quos de ea re in jure aditum erit, si dederint operam, ut in ea re senatus voluntas servetur. —§ 2. Verba itaque senatusconsulti executiam, prius providentia amplissimi ordinis laudata: quia opem tutili mulieribus, propter sexus imbecillitatem, multis hujuscemodi casibus suppositis, atque objectis. —§ 3. S. d. ita demum eis subvenit, si non callide sint versata. Hoc enim diuis Pius et Severus rescriperunt. Nam deceptis¹¹, non decipitibus, opitulatur: et est et grecum Severi [tale] rescriptum, *Tais ἀπαρτώνται γνωστοῖς τῷ δέκατῳ τῆς συγχάρητος βουλῆς οὐ βούτει*, id est, *Recipientibus mulieribus senatusconsultum auxilio non est: infirmas enim feminam, non callidas, auxilium demit*. —§ 4. *Omnis omnino obligatio senatusconsulto Velleianum comprehenditur: sive verbis, sive re, sive quoconque alio contractu intercesserint*. —§ 5. Sed etsi mulier defensor aliquis existiterit, proculdubio intercedit: suscipit enim in se alienam obligationem: quippe cum ex hac re subeat condemnationem: proinde neque maritum¹², neque filium, neque patrem¹³ permittitur mulieri defendere.

3. PAULUS, lib. 50, ad Edictum.

Sed si eum defendat, qui dannatus regressum ad eam habeat (veluti cum venditorem hereditatis sibi vendite vel fidejusserem suum defendat) intercedere non videtur.

4. ULPIANUS, lib. 29, ad Edictum.

Sed si ego cum muliere ab initio contraxerim, cum ignorarem¹⁴, cui haec factum vellet, non dubito senatusconsultum cessare: et ita diuis Pius et imperator noster rescriperunt. —§ 1. Proinde, si dum vult Titus donatum, accepit a me mutuam pecuniam, et eam Titio donavit, cessat senatusconsultum. Sed et si tibi donatura, creditori tuo nummos numeraverit¹⁵, non intercedit: senatus enim obligata¹⁶ mulieri succurrere voluit, non donanti: hoc ideo, quia facilius se mulier obligat, quam aliqui donat.

5. GAIUS, lib. 9, ad Edictum provinciale.

Nec interest, pecuniam solvendi causa numerat, an quamlibet suam rem in solutum det: nam etsi vendiderit rem suam, sive pretium acceptum pro alio solvit, sive emptorem delegavit creditori alieno, non puto senatusconsulto locum esse.

6. ULPIANUS, lib. 29, ad Edictum.

Si fidejussores pro defensore absens filii, [ex] mandato¹⁷ matris ejus intercesserint, queritur, an etiam his senatusconsulto subveniantur? Et ait Papinianus lib. 9 Questionum, exceptione eos usuros: nec multum facere, quod pro defensore fidejusserunt: cum contemplatione mandati matris intervenerit. Plane (inquit) si qui accepit eos fidejussores, mandatis eis mandasse ignoravit, exceptionem senatusconsulti replicatione dolit repellendam.

7. PAPINIANUS, lib. 9 Quæstionum.

Quanquam igitur fidejussores, dolii replicatione posita, defensionem exceptionis amittat, nullam tamen replicationem adversus mulierem habebit: quia facti non potest ignorationem prætendere. Sed non erit iniurium, dari negotiorum gestorum actionem in defensore: quia mandati causa per senatusconsultum constituitur irrita, et pecunia fidejussores liberatur.

8. ULPIANUS, lib. 29, ad Edictum.

Quamvis pignoris datio intercessionem faciat, tamen Julianus lib. 12 Digestorum scribit, redditionem pignoris, si creditrix mulier rem, quam pignori accepit, debitori liberaverit, non esse intercessionem. —§ 1. Si mulier intervenerit apud¹⁸ tutores filii sui, ne [hi] predia ejus distraherent, et indemnitas eis reponeretur, Papinianus lib. 9 Questionum non putat eam intercessisse: nullam enim obligationem alienam receperisse, neque veterem, neque novam, sed ipsam fecisse hanc obligationem. —§ 2. Si mulier apud primum pro secundo intervenerit, mox pro primo apud creditorem ejus, duas intercessiones factas, Julianus lib. 12 Digestorum scribit: unam pro secundo apud primum, alias pro prima apud creditorem ejus: et ideo [et] primo restitu¹⁹ obligationem, et adversus eum. Marcellus autem notat, esse aliquam differentiam, utrum hoc agatur, ut ab initio mulier in alterius locum subdat, et onus debitoris, a quo obligationem transferre creditor voluit, suscipiat: an vero quasi

¹⁰ in pr. infr. ; L. 5, L. 18, C. b. t.; L. 2, C. si minor se major. —¹¹ Exci. L. 5, § 2, infra de liberis, caus. —¹² Vide tamen L. 4, supr. de procurat. —¹³ L. 19, § 2 ult. in pr. infr. L. 1. —¹⁴ L. 5, L. 8, § 2, infr. L. 1, L. 4, C. cod. —¹⁵ L. 21, infr. cod. —¹⁶ L. 30, in fin. infr. L. 15, C. cod. —¹⁷ L. 6, C. cod. —¹⁸ L. 12, L. 16, C. cod.

debitrix delegetur; scilicet, ut si quasi debitrix delegata est, una sit intercessio: proinde secundum hanc suam distinctionem, in prima visione, ubi quasi debitrix delegata est, exceptionem ei senatusconsulti Marcellus non daret, sed condemnata; vel ante condemnationem, condicere utique ei, a quo delegata est, poterit, vel quod ei abest, vel, si nondum abest, liberationem. —§ 3. Interdum intercedenti mulieri et condicione competit, puta si contra senatusconsultum obligata, debitorum suum legaverit: nam hic ipsi competit condicione: quemadmodum si pecuniam solvisset, condiceret: solvi enim et qui reum delegat¹⁵. —§ 4. Sed si is; qui a muliere delegatus est, debitor ejus non fuit, exceptione senatusconsulti poterit ut, quemadmodum mulier fidejussores. —§ 5. Plane si mulier intercessura, debitorum suum delegaverit, senatusconsultum cessat: quia, etsi pecuniam numerasset¹⁶, cessaret senatusconsultum: mulier enim per senatusconsultum relevatur: non que diminuit, restituitur. —§ 6. Sed si eum delegaverit, qui debitor ejus non fuit, fraus senatusconsulto facta videbitur: et ideo exceptio datur. —§ 7. Quoties pro debito intercesserit mulier, datur in eum pristina actio, etsi illa prius acceptipilione liberatus sit, quam mulier intercesserit. —§ 8. Si conveniret cum debito, ut exprimisset daret, et acceptum ei latum sit, deinde is dederit mulierem, que auxilio senatusconsulti munita est, protest ei condicione, quas non dedisset: quid enim interest, non det, an talem det? Non erit igitur actio utilis necessaria, cum condicione competat. —§ 9. Marcellus quoque scribit, si mulieri post intercessionem accepto tulerit creditor, nihilominus restitutorum actionem ei dari debere: innam enim obligationem dimisit. —§ 10. Si mulier post intercessionem sic solverit, ne repete posset, juste prior debitor actionem recusat: sed cum relevatur reus, si mulier sic solvit, ut repete non possit, et cum ei mulieri, que repete non poterat, si solvet, accepto tulit creditor, similiter relevatur reus. —§ 11. Quamquam in omnes, qui liberati sunt, restitutus actio, non tamen omnibus restituitur, utputa duo rei stipulandi fuerint: apud alterum mulier intercessit: ei soli restitutus obligatio, (apud) quem intercessit. —§ 12. Si mulieri heres existenter creditor, videndum, an restitutoria uti non possit? Et ait Julianus lib. 12 restitutoria eum nihilominus usum: non immorito, cum non obligata cum effectu successerit. Denique id Falcidia hoc res alienum non impatitur. —§ 13. Plane si mihi proponas, mulierem veteri debitorum successisse, dicendum erit, restitutoria eam conveniri posse: sed et directa actione: nihil enim ejus interest, qua actione conveniatur. —§ 14. Si cum esset tibi contractrus, mulier intervenerit, ut cum ipsa potius contraham, videtur intercessisse: quo casu datur in te actio, que instituit magis, quam restitutus obligationem; ut perinde obligata eodem genere obligationis, quo mulier est obligata. Verbi gratia, si per stipulacionem mulier, et tu, quasi ex stipulato convenieris. —§ 15. Illud videndum est, si mulier pro eo intervenerit, qui, si cum ipso contractum esset, non obligaretur, an hac actione ille debeat teneri, utputa si pro populo intercessit, qui sine tutoris auctoritate non obligatur? Et puto, non obligari pupillum, nisi locupleter factus est ex hoc contractu. Item si minor quinquaginta annis sit, pro quo mulier intercessit, in integrum restitutorum poterit implorare, vel si filius contra senatusconsultum contracturus est.

9. PAULUS, lib. 6 Regularum.

Sed si pro alieno¹⁷ servo intercedat, quemadmodum in natrem familias priorem reum restitutoria actio, ita in dominum quoque restituenda erit.

10. ULPIANUS, lib. 29, ad Edictum.

Haec actiones, quae in eos, pro quibus mulier intercessit, dantur, et hereditibus¹⁸, et in heredes, et perpetuo competent: habent enim rei persecutionem: ceteris quoque honorariis successoribus dabuntur, et adversus eos.

11. PAULUS, lib. 50, ad Edictum.

Si mulier, tanquam in usus suos pecuniam accepit, alii creditura, non est locus senatusconsulti: alioquin nemo cum feminis contrahet: quia ignorari potest, quid acture sint.

12. PAULUS, lib. 6 Brevium.

Immo tunc locus est senatusconsulto, cum scit creditor eam intercedere.

13. GAIUS, lib. 9, ad Edictum provinciale.

Aliquando, licet alienam obligationem suscipiat mulier, non adjuvatur hoc senatusconsulto: quod tum accidit, cum prima facie quidem alienam, re vera autem suam obligationem suscipiat, ut ecce, si ancilla ob pactio nem libertatis expromissore dato, post manumissionem id ipsum susci-

¹⁵ L. 5, L. 18, infr. de fidejus. —¹⁶ L. 17, infr. de verb. sign. —¹⁷ L. 4, in fin. supr. h. t. —¹⁸ L. ult. in fin. supr. cod. —¹⁹ L. 20, C. cod. —²⁰ L. 52, in pr. infr. cod. —²¹ L. 19, § 2 ult. in pr. infr. h. t. —²² Infr. eod. —²³ L. 7, in fin. infr. de except. —²⁴ L. 38, infr. de contrab. empt. —²⁵ L. 15, L. ult. in fin. supr. eod. —²⁶ L. 1, L. 4, C. cod. —²⁷ L. 21, infr. cod. —²⁸ L. 30, in fin. infr. L. 15, C. cod. —²⁹ L. 6, C. cod. —³⁰ L. 12, L. 16, C. cod.

pia, quod expromissor debeat: aut si hereditatem emerit¹⁷, et ex alienum hereditarium in se transcribat: aut si pro fidejussores sui intercedat.

—§ 4. De pignoribus prioris debitoris non est creditor nova actione opus: cum quasi Serviana (qua[re] [et] hypothecaria vocatur:) in his utilis sit, quia verum est, conveniens de pignoribus, nec solutam esse pecuniam. —§ 5. Interdum intercedenti mulieri et condicione competit, puta si contra senatusconsultum obligata, debitorum suum legaverit: nam hic ipsi competit condicione: quemadmodum si pecuniam solvisset, condiceret: solvi enim et qui reum delegat¹⁸. —§ 6. Sed si is; qui a muliere delegatus est, debitor ejus non fuit, exceptione senatusconsulti actionem?

14. JULIANUS, lib. 12 Digestorum.

Si mulier contra senatusconsultum intercesserit, aequum est, non solum in veterem debitorum, sed et in fidejussores ejus actionem restitu: nam, cum mulieris persona subtrahatur creditori propter senatusconsultum, integra causa pristina restituenda est.

15. Idem, lib. 18 Digestorum.

Si mulier solvo id, quod tibi debebam, et ab ea ratam rem te habiturum, stipulatus fuero, et forte te ratum non habente, agere ex stipulatu instituo, exceptio senatusconsulti, quod de intercessionibus foeminarum factum est, non proderit mulieri: non enim videri potest alienam obligationem recusare, cum maheam debito obligatus, et ipsa de lucro agat: ac potius reddere cogatur, quod non debitum accepere, quam pro alio solvere.

16. Idem, lib. 4, ad Urseum Ferocem.

Si mulier contra senatusconsultum [Velleianum] pro me intercessisset Titio, ego mulieri id solvissem¹⁹, et ab ea Titius eam pecuniam peteret, exceptio [hujus] senatusconsulti non est profutura mulieri: neque enim eam periclitari, ne

usconsulti locum esse: quando vir sit, ut aliqua apud²³ eundem pro eo pso intercessisse intelligi possit. — § 4. Nec dissimilem huic propositione ex facto agitatam, cum quidam vir praeceptor recessisset duobus filiis superstitibus, quorum alter impubes [esset], et alter legitimus tutor fratri esset, et cum paterna hereditate abstine vellet, mandato uxoris defuncti, qua mater pupillo esset, abstento pupillo solum se hereditati misuisse: ubi similiter se respondisse [Julianus] ait, si, ex [ea] causa agenti pupillo, damnum eo nomine passus esset, non impediri eum senatusconsulto, quominus a muliere rem servaret. — § 2. In proposita specie et illud tractandum est, an is, qui mandato mulieris adierit, si damnum ob id patiatur, quod debitores hereditarii solvendo non fuerint, senatusconsulto locus sit, quasi quodammodo eorum obligationes mulier suscepit? Magis autem est, ut ne ob hanc quidem causam senatusconsulto locum habeat: quando non ea mente fuerit, ut pro his intercederet: sed tutoris adversus pupillum, et ceteros forte creditores, indemnem hereditatem praestaret. — § 3. Denique si ponamus, mulierem in emptione hereditatis ex nomine damnum pati, quod debitores hereditarii solvendo non sint, nulla (pato) dobitatio erit, quin senatusconsulto locus non sit: etiam maxime creditoribus aliquantum praestiterit. — § 4. Quid ergo, si, cum propereade de audea hereditate dubitaret Titius, quod parum idonea nomina debitorum viderentur: mulier hoc ipsum reprobaret, ut quanto minus a quoquo eorum servari posset, ipsi prestat? Prope est, ut sit intercessio. — § 5. Cum haberes Titium debitorem, et pro eo mulier intercedere vellet, nec tu mulieris nomine propter senatusconsultum sequereris, petiti a me mulier mutuam pecuniam solutia tibi: et stipulantili promisi ignoranti²⁴, in quam rem mutuare: atque ita numerare me tibi jussit: deinde ego, quia ad manu nummos non habebam, stipulantib[us] tibi promisi: quasius est, si eam pecuniam a muliere petam, an exceptio senatusconsulti ei prospicit? Respondi, videndum, ne non sine ratione dicatur, ejus loco, qui pro muliere fidejussit, haberet me debere: ut, quemadmodum illi, quanvis ignoraverit mulierem intercedere, exceptio adversus creditorem detur, ne in mulierem mandati actio competit, ita mihi quoque adversus te utilis exceptio detur, mibique in mulierem actio denegetur, quando haec actio periculo mulieris futura sit: et haec paulo expeditius dicenda, si prius, quam ego tibi pecuniam solverim, compremerim eam intercessisse: ceterum si ante solverim, videndum utrumque nihilominus mulieri quidem exceptio adversus me dari debeat, et ego tibi condicere pecuniam possum: an vero perinde habendum sit, ac si initio ego pecuniam mulieri credidisse, ac rursus tu mihi in creditum isses: quod quidem magis dicendum existimat, ut si senatusconsulto locus non sit: sicut et cum debitorem suum mulier deleget, intercessio locus non sit: que postea non recte comparari ait, quando delegatione debitoris facta, mulier non obligetur, at in proposito alienam obligationem in se transulerit: quod certe senatus fieri noluerit.

20. *Idem*, lib. 8 Quæstiōnū.

Si pro uno reo intercessit mulier, adversus utrumque restituatur actio creditori.

21. *Callistratus*, lib. 5 Institutionum.

Si pro aliquo mulier intercesserit, sed in rem ejus, quod acceptum est, versaretur, exceptio senatusconsulti locum non habet, quia non fit pauperior. — § 4. Item si quod liberaliter fecerit, veluti ne judicatus pater ejus propter solutionem vexetur, non erit tuta senatusconsulto: oneribus²⁵ enim eorum senatus succurrit.

22. *Paulus*, lib. 6 Regularum.

Si mulieri dederim pecuniam, ut eam creditori meo solvat²⁶ vel exponuit, si ea expromiserit, locum non esse senatusconsulto Pomponius scribit: quia mandati actione obligata, in rem suam videtur obligari.

23. *Idem*, lib. singul. ad senatusconsultum Velleianum.

Si mulier in jure interrogata, responderit se heredem esse; si sciens se heredem non esse, responderit, minime²⁷ intercessisse videri, quia²⁸ decepit; quod si existimat se heredem, et eo nomine decepta responderit; in eam actionem quidem dari, plerique existimaverunt, sed exceptio senatusconsulti adjuvari.

24. *Idem*, lib. singul. de Intercessionibus fœminarum.

Debitrix²⁹ mulier a creditore delegata, pro eo, cui delegata est, promisit. non utetur exceptione. — § 1. Sed si pecuniam promisit, ne delegetur, intercessisse videtur. — § 2. Si senatusconsulti beneficium

²³ L. 71, in pr. d. i. — 24. L. 4, in pr. L. 17, in fin. pr. supr. b. t. — 25. L. 4, in fin. supr. ed. — 26. Add. L. 16, in pr. supr. ed. — 27. *Iamus vide* L. 26, in pr. supr. ed. — 28. L. 26, in pr. infr. ed. — 29. L. 2, C. ed. — 30. 2 ult. infr. h. t. — 31. *Immo vide* L. 25, supr.

intervenerit, nrum statim, cum mulier intercesserit, actio in priorem debitorem competit, an, si mulier solutum condicat? Puto, statim³⁰, et non expectandam solutionem. — § 3. Si pro eo, qui temporali actione teneretur, mulier intercesserit, temporalis actio restituatur: sic tamen. ut ex precedenti causa, continua tempora numerarentur post restitutum: quamvis statim, atque intercessit mulier, competierat.

25. *Modestinus*, lib. singul. de Eurematicis.

Si domina servo suo credi jussit, actione honoraria tenebitur. — § 1. Quod si pro eo fidejussit, exceptione senatusconsulti Velleianus, specie et illud tractandum est, an is, qui mandato mulieris adierit, si damnum ob id patiatur, quod debitores hereditarii solvendo non fuerint, senatusconsulto locus sit, quasi quodammodo eorum obligationes mulier suscepit?

26. *Ulpianus*, lib. 37, ad Edictum.

Si mulier, intercedendi animo, servum alienum *suum esse* respondebit, quasi intercesserit³¹ auxilio senatusconsulti utetur: plane, si pro bona fide serviente sibi responderit, non videtur intercessisse.

27. *Papianus*, lib. 5 Responsorum.

Bona fide personam mulieris in contrahendo secutus, ob ea, quæ inter virum et uxorem accepta pecunia gesta sunt, exceptio senatusconsulti non summovet. — § 1. Cum servi ad negotiationem prepositi, cum alio contrahentes, personam mulieris, ut idonea, sequuntur, exceptio senatusconsulti dominum summovet: nec videtur deterior causa domini per servum fieri³², sed nihil esse domino quesumus: non magis, quam si litigiosum predium servus aut liberum hominem emerit. — § 2. Uxoris debitricem suam viro delegavit, ut vir creditori ejus pecuniam solveret: si fidem suam pro ea, quam delegavit, apud virum obligaverit, locum exceptio senatusconsulti non habebit, quia mulier suum negotium gessit.

28. *Szvola*, lib. 1 Responsorum.

Seia mancipia emit, et mutuam pecuniam accepti sub fidejussore marito, eamque solvit venditori: postea maritus decedens non solvendo, in fraudem creditoris cavit testamento, se eam pecuniam universum debere: queritur, an intercessisse mulier videatur? Respondi, secundum dum ea, que proponerentur, non intercessisse. — § 1. Fundum uxoris sue maritus obligavit Sempronio ob conductionem: mox mulier a Numerio sua fide mutuam pecuniam acceptam sub obligatione ejusdem fundi solvit [statim] Sempronio pro marito suo: quesumus est, an adversus senatusconsultum obligata sit? Respondi, si Numerius scisset³³, eam in intercedere, fore senatusconsulto, de quo quereretur, locum.

29. *Paulus*, lib. 16 Responsorum.

Quidam voluit heredibus Lucii Titii mutuam pecuniam dare, et cum eis contrahere: sed quoniam facultates eorum suspectas habuit, magis voluit uxori testatoris dare pecuniam, et ab ea pignus accipere: mulier eadem pecuniam dedit heredibus, et ab his pignus accipit: quare, an intercessisse videatur, et ab pignora, qua ipsa accipit, teneatur creditori? Paulus respondit, si creditor, cum contrahere vellet cum heredibus Lucii Titii, evitatis his, magis mulierem ream elegit, et in ipsius persona senatusconsulto, quod de³⁴ intercessionibus factum est, locum mulier esse: et pignora [ab ea] data non teneri. Eas autem res, quas mulier ab his, pro quibus intercedebat, pignori accipit, creditori mulieris obligatas non esse: sed non sine ratione prætorem facturam, si non tantum [in] persona, subducta muliere, in principales debitos deducit actionem, sed etiam in res, quæ mulieri obligatae sunt. — § 1. Paulus respondit, ea, quæ in fraudem senatusconsulti, quod de intercessione fœminarum factum est, excoiquata probari possunt, rata haberi non oportere.

30. *Idem*, lib. 2 Sententiarum.

Si decipiendi³⁵ animo, vel cum sciret se non teneri, mulier pro aliquo intercesserit, exceptio ei senatusconsulti non datur: actionem enim, quæ in dolum mulieris competit, amplissimum ordo non excludit. — § 1. Procurator, si mandato mulieris pro alio intercesserit, exceptio senatusconsulti Velleiani adjuvarit: ne alias actio intercidat.

31. *Idem*, lib. 1, ad Neratium.

[Paulus], Si mulier, quod ex intercessione solvit, nolit repetrere, sed mandati agere, et cavere velit de indemnitate reo, audienda est.

32. *Pomponius*, lib. 1 Senatusconsultorum.

Si mulier hereditatem³⁶ alicuius adeat, ut as alienum ejus suscipiat, vix est, ut succurri ei debeat: nisi si fraude creditorum id conceptum

sit: nec enim loco minoris vigintiquinque annis circumscripti per omniam habenda est mulier. — § 1. Si mulier rem a se pignori datam per intercessionem recipere velit, fructus etiam liberos recipit: et si res deteriora facta fuerit, eo nomine magis aestimetur. Sed si creditor, qui pignus per intercessionem accepit, hoc alii vendidit³⁷, vera est eorum opinio, qui petitionem dandam ei putant et adversus bonae fidei emptorem: ne melioris conditionis empir sit, quam fuerit venditor³⁸. — § 2. Item si mulier creditori viri fundum vendidit [et tradidit] ea conditione, ut emptor acceptam pecuniam viro referret, et hunc fundum vindicat, exceptio quidem opponitur ei de re empila, et tradita, sed replicabit³⁹ a muliere, aut si ea venditio contra senatusconsultum facta sit. Et hoc procedit, sive ipse creditor emerit, sive interposuerit alium, quo mulier ex ratione caret re sua. Idem est et si non pro viro, sed pro alio debitore rem suam tradidit. — § 3. Si mulier, ne ipsa intercederet, alii mandaret, ut id faceret, an in hujus persona locus huic senatusconsulto sit, qui rogatu mulieris id faceret, totus enim sermo senatusconsulti ad petitionem non dandam adversus ipsam mulierem spectat? Et puto, rem ita esse distinguendam: ut si quidem creditor, cui me obligavi, mandante muliere hoc in fraudem senatusconsulti egisset, ne ipsa interveniret contra senatusconsultum, daret autem alium, excludendum eum exceptione fraudis senatusconsulti facta: si vero is ignorasset, ego autem scissem, tunc mandati me agentem cum muliere, excludendum esse: me autem creditori teneri. — § 4. Si mulier, pro eo, pro quo intercesserit, judicium parata sit accipere, ut non in veterem debitorem actio detur: quoniam senatusconsulti exceptionem oppone potest, cavere debet, exceptione se non usuram, et sic ad judicium ire. — § 5. Intercedere mulierem intelligentem est, etiam pro eo, qui obligari non possit, veluti, si pro servo alieno⁴⁰ intercedit: sed rescissa intercessione, in dominum restituenda est actio.

TIT. II.

DE COMPENSATIONIBUS.

1. *Modestinus*, lib. 6 Pandectarum.

Compensatio, est debiti et crediti inter se contributio.

2. *Julianus*, lib. 90 Digestorum.

Unusquisque creditore suum, eundemque debitorem, petentem summovet, si paratus est compensare.

3. *Pomponius*, lib. 28, ad Sabinum.

Ideo compensatio necessaria est, quia interest nostra potius non solvere⁴¹, quam solutum repetrere.

4. *Paulus*, lib. 3, ad Sabinum.

Verum est, quod et Neratio placebat, et Pomponius ait, ipso jure eo minus fidejussorem⁴² ex omni contractu debere, quod ex compensatione reus retinere potest: sicut enim cum totum peto a reo, male peto, ita et fidejussor non tenetur ipso jure in majorem quantitatem, quam⁴³ reus condemnari potest.

5. *Gaius*, lib. 9, ad Edictum provinciale.

Si quid a fidejussore petetur, æquissimum est, eligere fidejussorem, quod ipsi, an quod⁴⁴ reo debetur, compensare malit: sed et, si utrumque velit compensare, audiendum est.

6. *Ulpianus*, lib. 30, ad Sabinum.

Etiam quod natura debetur, venit in compensationem.

7. *Idem*, lib. 28, ad Edictum.

Quod in diem debetur⁴⁵, non compensabitur, antequam dies venit, quanquam dari oporteat. — § 1. Si rationem compensationis judex non habuerit⁴⁶, sibi manet petitio: nec enim rei judicata exceptio obici potest: aliud dicam, si reprobat pensationem, quasi non existente debito: tunc enim rei judicata mihi nocebit exceptio.

8. *Gaius*, lib. 9, ad Edictum provinciale.

In compensationem etiam id deducitur, que nomine cum actore lis contestata est, ne⁴⁷ diligenter quisque deterioris conditionis habeatur, si compensatio ei denegetur.

commodati. — 8. L. 29, infr. de novat.; L. 86, infra de reg. jur. — 9. L. 5, 2 pen. infr. d. im-

pen. in res dotal. — 10. Add. L. 1, C. r. amot. ; L. 7, 2, 5, infr. soluto matrim. — 11. L. 1,

2, 2, infr. de stipul. prætor. — 12. L. 4, 5, C. b. t. ; L. 7, C. de solutione. — 13. L. 1, C. b. t.

— 14. L. 2, 2, 5, Inst. de fidejuss. — 5. L. 4, supr. b. t. — 6. L. 16, 2, 1, infr.

fod. — 7. L. 8, 2, 2, supr. de negot. gest.; L. 1, 2, 4, infr. de contrar. tutel.; L. 18, in fin. supr.

9. *Paulus*, lib. 32, ad Edictum.

Si cum filiosfamilias aut servo contracta sit societas, et agat dominus vel pater, solidum per compensationem servamus: quamvis, si ageremus, duntaxat de peculio præstaretur. — § 1. Sed si cum filiosfamilias agatur, an, que patri debeat, filius compensare possit, queritur? Et magis est admittendum: quia unus contractus est: sed cum conditione, ut caveat, patrem suum ratum habiturum: id est, non exactum, quod is compensaverit.

10. *Ulpianus*, lib. 63, ad Edictum.

Si ambo socii parenti negligentiā societati adhibuimus, dicendum est, desinere nos invicem esse obligatos, ipso jure compensatione negligientia facta. Simili modo probatur, si alter ex re communī aliiquid perceperit, alter tantam negligientiam exhibuerit, quæ eadem quantitate estimatur, compensationem factam viderit, et ipso jure invicem liberationem. — § 1. Si quis igitur compensare potest, solverit, condicere⁴⁸ poterit, quasi indebito soluto. — § 2. Quotiens ex maleficio oritur actio, utpote ex causa furtiva⁴⁹, ceterorumque maleficiorum, si de eis pecunarie agitur, compensatio locum habet. Idem est et si condicatur ex causa furtiva. Sed et qui noxali judicio convenit, compensationem oppone potest. — § 3. In stipulationibus quoque, quæ instar⁵⁰ actionum habent, [id est, prætoris], compensatio locum habet: et secundum Julianum, tam in ipsa stipulatione quam in ex stipulata actione poterit objici compensatio.

11. *Idem*, lib. trigesimo secundo, ad Edictum:

Cum alter alteri pecuniam sine usuris, alter usurariam debet, constitutum est a divo Severo, concurrentis⁵¹ apud utrumque quantitatis usurras non esse prestandas.

12. *Idem*, lib. 64, ad Edictum.

Idem juris est non solum in privatis verum etiam in causa⁵² fisci constitutum. Sed et si invicem sit usuraria pecunia, diverse tamen [sunt] usuræ, compensatio nihilominus locum habet ejus, quod invicem debetur.